

patronorum sive dedicacionum et in diebus apostolorum omnium, in anniversario dedicacionis nec non per octavas festivitatum omnium *predictarum^{b)} oracionis seu^{c)} devocionis causa confluerint ac eisdem suas^{d)} elemosinas fuerint elargiti, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi x̄l. dies et unam carenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Eos quoque, qui 5 dictis fratribus in testamentis condendis suarum facultatum quicquam fuerint elargiti, predictae indulgentie similiter participes esse volumus per presentes. Ex speciali autem prerogativa fratrum predictorum vite exigentibus meritis indulgemus eisdem, ut in sermonibus faciendis x̄l. dierum quoad plebem nostre dyocesis valeant indulgentias relaxare, ex debito siquidem officii nostri ad diligentes nobis dilectorum in Christo videlicet provincialis et fratrum ordinis memorati instancias omnes indulgentias habitas et habendas 10 ratihabitione ordinaria confirmamus. Instrumenta quoque papalia, de quibus plenam fidem facere poterunt, rata tenebimus atque grata. Datum apud Zvenkove anno domini m° cc° lxxxix° kalendis maii pontificatus nostri anno septimo.

151.

15

Reinbodo, Bischof von Eichstätt, ertheilt denjenigen, welche die Augustiner in Grimma durch milde Gaben unterstützen und deren Kirche an bestimmten Tagen besuchen, Ablass von 40 Tagen für schwere und von einem Jahre für leichte Vergehen. Nürnberg, 1289 Mai 29.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1264. Das S. an Fäden von brauner und gelber Seide ist abgefallen.

Ann.: Gleichlautende Ablassbriefe stellen aus Fulrad, Bischof von Halberstadt, d. d. Halberstadt 1289 Juni 16, Or. Perg. ebenus. No. 1266 mit dem am Rande beschützigen S. des Bischofs an Fäden von rother und gelber Seide, sowie Inzelerius, Bischof von Bulua, d. d. 1289, Or. Perg. ebenus. No. 1282 mit wohlerhaltenem S. an Fäden von brauner und gelber Seide. 20

Reinbodo dei gratia *Astaniensis^{a)} ecclesie episcopus omnibus presens scriptum 25 intuentibus salutem in domino Iesu Christo. | Cupientes in Christo quoslibet fideles ad bona opera pro salute ipsorum speciali premio provocare omnibus vere penitentibus et confessis, qui dilectis in Christo nobis fratribus ordinis sancti Augustini in Grimmis domino famulan- 30 tibus manum porrexerint adiutricem elemosinis et labore, quique ad *eorum^{b)} ecclesiam in nativitate domini pasce ascensionis pentecostes et in festivitibus beate Marie virginis omnium sanctorum ac in festis beati Augustini, in dedicatione et anniversariis 35 dedicationis atque patronorum nec non in festis apostolorum et per octavas predictorum festivitatum causa devotionis accesserint divine gratiam propitiationis pctituri, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, accedente tamen consensu dyocesani, x̄l. dies criminalium et annum venialium in domino 35 misericorditer relaxamus. Datum anno domini m° cc° lxxxix° in Nurenbere in festo pentecostes.

(SD.)

150. b) predictorum. c) Hinter seu ist dedicationis durch Interpunktiren getilgt. d) Hinter suas ist ferunt durch Interpunktiren getilgt.

151. a) Astaniensis. b) earum.